



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

xli. De celebratione missarum, & sacrame[n]to Eucharistiæ, & diuinis  
officiis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

sterio consecrata fiet ita demum si mota enormiterve friata erit cōsecrator. Porro oleum non cōsecratum consecrato oleo rectè cōmiscetor.

3. *Cum fis.* Sed & plura altaria in vna ecclesia & plures simul episcopos consecrare fas esto.

2. *Tua.* Item episcopis in diœcesibus suis tam dominicis quàm priuatis diebus dedicationem ecclesiarum suis impendere liceto.

7. *Consi-  
luisi.* In quibus autem cœmeteriis excommunicatorum corpora inhumari continget, hæc aquæ asperione solenniter benedictæ, sicut in dedicationibus ecclesiarum fieri consuevit, lustrantur, reconciliantur.

*De celebratione missarum, & sacramento  
Eucharistia, & diuinis officiis. Tit. 41.*

*De celebratione Missarum.*

6. *Cū mar-  
the.  
in prin.* Omnes eã formã canonis, qua ecclesia in corpore Christi sacrificio vtitur, seruant. Hæc apostolos à Christo, & ab ipsis eorū successores accepisse, licet quædam in eo sient quæ in euangelico textu non leguntur, credunt. Sanguis Christi noui ac æterni testamenti, id est nouæ siue vltimæ & æternæ promissionis confirmator esse intellegitur. In sacramento hoc visibilis forma panis & vini, veritas carnis & sanguinis, virtus quoque vnitatis & charitatis, tria hæc discreta accipiuntur.

7. *De ho-  
mine.* Vnde qui pro sui criminis conscientia indignum se missæ celebrandæ existumabit ad id se inreuerenter ne ingerito. Si quæ tamen neces-

fitas erit ob quam missarum solemnia intermittere nequibit: fraudulenter celebrare ne praesumito, fingito, neve caeteris circumstantiis peractis verba queis corpus Christi conficitur subprimito. Si faxit: Deo cui inlusit, & populo que decepsit reus esto.

In eo autem sacrificio aqua cum vino in sanguinem commutari creditor. *6. De peccato quae sunt*

Omnes enim de Christi latere sanguinem & aquam veram exisse, ipsu[m]que verum Deum & homine[m] esse credunto. Nemo humor aquaticum phlegmave fluxisse mentitor. Sic in Eucharistiae sacrificio aqua cum vino admiscetor. *8. In quibusdam.*

Plus tamen vini quam aquae in ipso sacrificio funditor. *13. Perniciosus.*

Nemo autem presbyter in pane fermentato, scyphove ligneo ( et si hostiam, calicemve non habebit ) nemo sine igne, & aqua sacrificato. Si quis sic ex aperta malicia, nimia[m] socordia peccassit: officio & beneficio perpetuo priuator. *14. Liberas.*

Ceterum sacerdos postquam totum accepit Eucharistiae sacramentu[m], semper, nisi cu[m] eade[m] die missa[m] alia[m] celebrare debbit, vino perfudito. *5. Ex parte.*

Excepto autem die natalis dominici sacerdoti, ni causa necessitatis suadebit, semel in die unam solummodo missam celebrare satis esto. *3. Consulisti.*

Episcopus quoque die cena[m] domini in ecclesia sua duntaxat, in qua chrisma confici debet, missarum solennia celebrato. Cuicumque sacerdoti quamvis dignitate praesulgenti unam, ut dictum est, in die missam celebrare sufficito. *12. Te referente.*

Ecclesiarum itaque praelati diligenter & pro

T iiii

*11. Cum creatura.*

## De cele. miss. & Sac. euch. & diui. off.

defunctorum anniuersariis, & profesto, feriæve, quam vocant, secundum temporis congruentiam missarum solennia conuentualiter celebrant.

2. *Quidã* Peculiareis verò missæ nisi suo tẽpore, nisiue quis ob reuerentiam sanctæ Triadis, non etiam ex alia deuotione eas audire volet, ne celebrator. Laici missam cantari sibi si volent: missas eiusdem diei pro viuorum ac manium salute audiunt.

4. *Consi-  
tium.* In diebus profestis cum missarum solennia in honorem magnę matris ac virginis celebrantur hymnus angelicus & symbolum ne decantantur. tantum in missa propria præfatio, quam dicunt, decantatur. Sic inter solennitatem & commemorationem discrimen ostenditur. Sed & canticum Ambrosii & Augustini in laudibus matutinis regulariùs omittitur.

6. *θεμα.  
fi.* Cum eum, pro quo in missa, vt eius animæ proficit holocaustum, orari consueuerit, beatum esse constiterit, tunc, vt eius interuentione eadem oratio precantibus conferat, postulator. Si quis pro cœlicola orasit: quasi olli iniuriã faxit habetor.

### *De Sacramento Eucharistiæ.*

10. *Sanè.* SACERDOTES Eucharistiã in loco singulari, mudo, & signato semper honorificè conlocatã fideliter, ac religiosè adseruant. Plebes suas, vt in celebratione missarum cum salutaris eleuatur hostia se reuerenter inclinent, idẽmque faciant cum ad infirmum defertur, admonent. Hanc in decẽti habitu, mundo velamine superposito,

manifestè, & honestè, ante pectus, cum reuerentia, & metu diuini numinis ferunt, referunt. Semper lumen præcedit. Qui hæc transgressi fuerint prælati grauius puniunt. Ni faxint: diuina his primùm, dein Archiflaminis Romani ultio esto.

*De Diuinis officiis.*

**E**CCLESIA RVM prælati, ac minores clerici diuinum officium nocturnum & diurnum, quantum eis deus dicit, studiosè, ac deuotè celebrant. Noctes in comestationibus, fabulationibusve illicitis ne transigunt, neque syncopa continua matutinum transcurreunt. Missarum solennia frequentius celebrant. ipsis interfunt. Dum celebrantur in choro silentium agunt. Aures intentas ad diuina porrigunt. exteris laicorum conlocationibus ne intendunt. hæc sub pœna suspensionis vitant.

*2. Dolentes*

Presbyter matutinali officio completo pensum seruitutis suæ, id est, primam, tertiam, sextam, nonam, yesperamque persoluit. hæc competentibus horis, quatenus fieri poterit, ab eo scholasticisve publice complentur. horis peractis, & infirmis visitatis, si volt, ad opus rurale ieiunus exito. Sic iterum necessitatibus peregrinorum, & hospitem, infirmorum, & defunctorum ad statutam vsque horam se reseruat. Septies in die deo laudem dicit.

*1. Presbyter.*